

FASCICULUS
JURIDICUS,

Præcipua Digestorum

Contenta, Secundum Seriem Titulo-
rum, Novem Disputationibus
comprehendens.

Cum Collatione Juris Svecani.

^{Quam} SUB MODERAMINE

VIRI Nobilissimi ac Consultissimi,

MICHAELIS G. WENDELPE

WEXIONII, J. U. D. Juris, Pol. & Hist. or.

Professoris celeberrimi, Mecænae is honorandi.

Publicè in Academiâ CHRISTINÆ,

qua Aboæ est, Disputando proposuit & in-
tra biennium consumavit.

JACOBUS PETRI CHRONAN-

DER W-GOTHUS.

A B O Æ,

Imprimebat Petrus Wald/ Acad. Typ. 1651.



*SERENISSIMA, POTENTIS-
SIMA AC INVICTISSIMA,*

**CHRISTINA
AUGUSTA,**

**Svecorum, Gothorum,
Vandalorumq; Regina, Magna Prin-
ceps Finlandiæ, Dux Æsthoniæ, Ca-
reliæ, Bremæ, Verdæ, Stetini, Pomera-
niæ, Cassubiæ & Vendiæ, Princeps Ru-
giæ, Domina Ingridiæ & VVif-
mariaæ, &c.**

Magna sunt Tuae Majestatis in literarum
ordinem beneficia, majora quam ul-
lius, vel disertissimi, sermone exprimentur.
Quod animus non capit, quomodo quæso ing-
ua vel penna edisserent? Norunt omnes
gratulantur, successum salutisq; perennitatem
devotè comprecantur. Inter alia innume-
ra, hoc vel maxime connumerandum,
quod ante annos, non ita multos, Serenissima
Tua Maj.^{tas} in magno hoc Ducatu Acade-
miam fundari, fundatam magnis Privile-
gijs & immunitatibus ornari ac munificen-
tissime Privilegijs, stipendijs dotari curavit.
Pium sanè factum æterna consecrandum
memoria. Hujus Academiae Ego per Octo
Annos vixeram Alumnus, Tuæ M.^{tas} Cle-
mentia insignis cum cæteris particeps, li-
teris optatò & quietè pro viribus incum-
bens, quod secundum D E U M, Tuæ Regiæ
benignitati, Regina Augusta, acceptum



*SERENISSIMA, POTENTIS-
SIMA AC INVICTISSIMA,*

**CHRISTINA
AUGUSTA,**

**Svecorum, Gothorum,
Vandalorumq; Regina, Magna Prin-
ceps Finlandiæ, Dux Æsthoniæ, Ca-
reliæ, Bremæ, Verdæ, Stetini, Pomera-
niæ, Cassubiæ & Vendæ, Princeps Ru-
giæ, Domina Ingridiæ & VVif-
mariaæ, &c.**

Magna sunt Tuæ Majestatis in literari-
um ordinem beneficia, majora quàm ul-
lius, vel disertissimi, sermone exprimantur.
Quod animus nō capit, quomodo quæso ing-
ua vel penna edisserent? Norunt omnes,
gratulantur, successum salutisq; perennitatem
devotè comprecantur. Inter alia innume-
ra, hoc vel maximè connumerandum,
quod ante annos, non ita multos, Serenissima
Tuæ Maj.^{tas} in magno hoc Ducatu Acade-
miam fundari, fundatam magnis Privile-
gijs & immunitatibus ornari ac munificen-
tissimè Privilegijs, stipendijs dotari curavit.
Pium sanè factum æterna consecrandum
memoria. Hujus Academiae Ego per Octo
Annos vixeram Alumnus, Tuæ M.^{tas} Cle-
mentia insignis cum cæteris particeps, li-
teris optatò & quietè pro viribus incum-
bens, quod secundum D E U M, Tuæ Regiæ
benignitati, Regina Augusta, acceptum

unicè fero, cujus dum memor Tuo Sere-
nissimo Nomini, bocce Exercitium Juri-
dicum cernuus jure dico. Adspice, beni-
gna Musarum Altrix levidense hoc obla-
tum benigno vultu, meq; vel minimâ ma-
xima Tua Clementia particulâ dignare,
qui sum mancoq;

Scr. ma T. 2 Maj. tie

A B O E I. Maii,
An. 1651.

Subiectissimus

JACOBUS CHRONANDEL,

Politissimo & Efruditissimo Viro-Iuveni

Dn. Jacobo Chronan-
dro, *ll. Studiofo verè solerti, Fasciculum*
Disputationum Iuridicarum publicanti,

Cum fructu laudem lucrantur Palla-
dis amplam,
Cultores, dum Naturæ penetrare re-
cessus
Contendunt, superùm vel sedes astraq;
signant,
Fertilis aut terræ faciem metiuntur a-
moenam,
Vel magnum moliuntur opus virtutis
avitæ,
Fastorum aut tabulas scribunt cona-
mine dextro.
Omnibus his celebris cumulatur ado-
rea laudis;

Ast meliora meret præconia, nomina

Dice,

Qui dedit, evolvens spacioſa volumi-
na juris.

Hoc te foelicẽ ſtudio, perdocte *CHRO.*
MANDER,

Olim providus augur eram, dum men-
tis acumen.

Eximium vidi, duros vigilẽſq; labores
Miratus, nec non virtutum ſemina clara

Quæ flores blandos nunc dant, fru-
ctũſq; benignos.

Dum tu ſacratæ legis moderamina vol-
vis.

Atq; Typis mandas; hinc digna bra-
beja reſurgent,

Et ſies Patriæ decus amplum, lucida
gemma.

Ita Gratulari voluit

L. M. q.

P E T R U S *E. Ken Bãrgb*

S. R. J. Adſeſſor.

CHRONANDRUM dubitans cum Co
dice scire Digesta,

Hæcce legat doctas, Juridicasq; Theses
Hujus, quæ vario affixæ sunt tempore valvis
Collegij legum. Quo stetit egregiè.
Spes alit indubia, haud fallax, reficitq; patro-
Cernètes animo, sat fieri inde suo. (nos,
Fœlicem porrò Cursum det dextra Jehovæ,
In Patriæ optatum, vergat & ille decus!

Honoris & Amoris ergò L. M. q;

ÆSCHILLUS PETRÆUS S. S. Th. D.

Præclaræ spei Juveni, Ornatissimo ac Præstantissimo,

DN. JACOBO CHRONANDRO,

L.L. C. Perindustrio, univèrsam mare Juris Civil. 50. pande-
ctarum libris comprehensum, aliquot Disputationibus coar-
ctanti & Publicè magnâ cum laude defendenti, applaudens:

Diceris, ut reor, ἀπο χροῦν, benè, Doctè
CHRONANDER,

Nempè χροῦν @ graijs, tempus idem est latio,

Tempore, si quisquam, pretioso Tu uteris aptè,

Ac tempestivè quæ faciendâ facis

Cōprobat id specimen depromptum è culmine Juris;

Officium hoc parat, & digna brabeia tibi.

*Langvidâ Manu & ægro Corpore, sed integro &
vivido mentis affectu apposui,*

MICHAEL GYLLENSTÄLPE WEXIONIUS

J. U. D. & Profess. Ab.



Doctrinæ & Moribus Ornatissimo atq; Po-
litissimo VIRO-IUVENI,

Dn. JACOBO P. Chro-
nandro W-G. Authori hujus Fasci-
culi Disputationum Juridicarum,

FASCICULUM cernens oculis, miratus amicum
Authorem hujus ego, tanta quod ausus erat.
Carmine opus celebrem quid ego? Cui do-
cta caterva

Nostræ Academiæ concinit hocce melos:
Plaudite Theiades Musæ; nostroq;
CHRONANDRO,

Castalides simul ac plaudite; dicite Io.
Peroulchran Citharâ formosâ tangat Apollo
Tacta quidē dulcem reddat ut arte sonum.

Ardua n. hic tractat, generosa & juraq; summa
Digna p̄ his cunctis, Principibusq; Viris.

Quis discurrendis, defendendis gravitate
Sollertis, acre, sagax ingeniumq; probat.

Quod precor ut faustumq; tibi jubeat Deus esse
Cunctipotens semper; laudibus atq; sibi.

Honoris, Amoris, Morisq; ergo apponebam.

MARTINUS STODIUS ABOENSIS
Ling. Professor Publicus.

Jacobus Chronander.

Imò Cubus & Vir Coronâ dignus,

Quid virtus? Cubus est: quia labi nescio virtus,
Perstat firma diu quolibet ipsa loco:

Sic Cubus est Vir & ipse bonus, virtutis amator:
Pectore qui constat menteq; ritè sibi.

Totus & in se perfectus, teres atq; rotundus
Perpetuò similis noscitur ipse sui.

Talis eris quoq; tu prestans JACOBE: Cubiq;
Qui instar habes firmam jactus ubiq; basin.

Qui, reliquas inter Artes, dum culmina juris
CHRONANDER calamo & voce sonante doces,
Rem multis prestas & magnis usibus aptam,
Indè tibi magnus, spondeo, crescit honos.

SIMON S. KEXLERUS

Mathem. Profess. in Acad. Aboënsi.

ALIUD.

UMbra velut corpus, sic magnos Magnos
labores

Gloria sectatur, fama simulq; bona,
Rectus namq; labor multos ad sidera cœli
Extulit, atque illis nōina magna dedit.

A 5

In-

Ingens hocæ Dei donū est, qui cuncta labore
Difficili, & multâ vendidit arte viris.
Talia perpendis pulchrè, perdocte *Chronander*,
Artibus ingenuis fertile pectus alens.
Hoc equidē *Sacri* comonstrant dogmata *juris*,
quæ in lucem, prælo progenerâte, locas.
Indè tibi surget, ni fallor, *Gloria, magna*

Candide *Chronander*, fama simulq; bona.

Hæc pauca Politissimo & Eruditissimo DN. JACOBO CHRONANDRO, Juris & Philosophiæ Studiofo impigerrimo, amico suo singulariter dilecto, Disputationes suas Juridicas divulgant, in honoris & amoris ergo apposuit.

NICOLAUS L. NTCOPENSENSIS
Log. & Poës. Profess.

Ad præstantissimum ac politissimum Virum. Juvenem.,
DN. JACOBUM CHRONANDRUM Philos. & Juris Studiofum indefesum,
amicum honorandum, cum lucubrationes suas in
Digesta & collationem Juris patrii absolvisset,

EPICHIREMA.

In vigilas (a) Sophiæ juriq; vebendo ad astra est,
Publica (b) nam tali RES viget usq; Viro:
JACOBUS (c) noster *Chronander*, flosq; decusq;
Et Sophiæ & Juris nomine req; cluit;
Pridem

Pridem (d) etenim in lucē progressus edidit amploro.

Quēis se commendat de meliore nata:

Ergò (e) Chronāder vir magno dignus honore esto.

Qui quondam ad caelos laudat venendus eris.

a. prop.

b. Ratio.

c. Assumptio.

d. Racio.

e. Conclusio.

Quod ex tempore L. m. q. componebat

SAMUEL G. Hart M. D.

Eloq. Prof. & h. t. Coll. Phil.

Decanus.



NOCTIS sub umbra, dum melos gratissimum
Artis canora sibilat, tenet levis.

Depressa membra somnus, ecce lauriger

Currus rotatur, hinc Dearum candida

Corona se dimittit, inq; gramine

Rixæ subortæ, cui Dearum nunc fiet

Alumnus hic Chronander artibus vaser.

Chronander est meus, Sophia clamat.

Mi namq; gnarus ille ab incunabulis

Litavit & meos recessus abditos

Lustravit, ast vigore fultus entheo.

Hinc est meus: Vos hinc Deæ faceßite.

Themist

Themis cothurnis, vestibusq; fulgidis
Decora surgit, hæcq; contra subjicit:
Albo meo juratus est Vir integer,
Qui, te relicta, me colit libens, lubens,
Sulens, vigil, laboriosus, anxius,
Præsens Opus testatur hoc vel maxime;
A me Chronander ergo nominabitur:
Me Principem ministra tunc conspicias,
Quæ celsiori nata sum propagine?
Mellita Svada lingua clara flumine,
Surrexit, effluitq; dulcis ore vox:
Quin vos amicæ prælia hæcce linquitis,
Chronander est meus sagax & eloquens:
Chronander est tuus, Sophia blandula:
Chronander est tuus Themis gravissima:
Noster Chronander est, Corona dignus est;
Sit ergo sic amore dignus omnium.
Sedatur hoc sermone præceptis jurgium,
Abitq; currus cum Deabus omnibus;
Ego relictus, est Chronander & meus,


Dixi,

*Dixi, meus fietq; jure maximo,
Fraternitatis arcta propter fœdera,
Cui corde toto fausta quæq; comprecor.*

Amico honorando & à teneris fidissimo hanc sinceri
amoris reliquit arrham.

JOHANNES WASSENIUS.

Reg. Jud. Ab. Advocatus Fisci.



PALLADIÆ, *Chronander*, lausq; decq; juvætæ,
Ardua tergeminais laudibus astra feris.
Nō puto marmoreis bis senis nixa columnis
Atria, nec Proavūm nomina sola juvant;
Sed pulchro graditur quæ tū glomeramine
virtus

Plus valet & proprio Marte tulisse decus.
Tute agis excubias claræ ipse ad limina laudis
Signaq; Pieriâ digna cohorte geris.
Ante alias *Astræ* tibi dilecta *Camænas*,
Celsaq; fatidicæ Sacra *Themistos* amas.
Hinc benè divulgas laudum monumenta
tuarum,

Eximium magnæ dexteritatis Opus.
Juris & Oceanum, sinuosa volumina legūm,
Exhauris, brevibus porrigis atq; notis.

Ego

Ergò tibi *Astræ* cultor præclare palæstræ
Quid non pro meritis debet amanda
cohors?

Perge bonis, precor, auspicijs & honoris in
ædem.

Urge constantes, *dulcè Amice*, gradus.

Eruditissimo, Amicissimoq; DN. JACOBO Chrono-
nandro hoc manus mentisq; pignus adiecit

AXELIUS ANDREÆ K.

Acad. Biblioth.

Melligo *Sophiæ* suavis, perdocte Chronander.
Præclara Patria Gothiæq; tua decus amplum.

Pervigili curâ, ne viscera Iustiniani

Versasti scitè faciliq; manu velut aster.

Ingenij factum ex Pandectis juris in orbem

Mittis sat viridem, mirâ nunc dexteritate.

Eximium facinus certè simul atq; celebre;

Par cui non penitus datur ausum versus ad Auram.

Applaudet meritò passim tibi, docta caterva,

Thespidesq; omnes late, tua tempora cingant;


Vernanti lauro in Pimpla, quam Phæbus obumbrat.

Ut Pylios aques annos feliciter; opto.

MICHAEL WISIUS

Corrector Sch. Aboënsis.

Poli.



Politissimo & Præstantissimo Viro-Iuveni,

DN. CHRONANDRO,

II.^m & U. J. Studiosissimo, Amico &

Conuictori singularitèr honorando.

P*rospera quæq; precor tibi præstantissime JACOBO*

Gratulor atq; tibi scriptis & gratulor æquæ,

En qua opera edideras, sunt digna ut condecorètur!

Sed laudes dignas si laudibus addere possem.

Talia qua præbes his scriptis Mysta perite,

Egregium monstrant iter hac Iurû Studiosis.

Hæcce vehunt nos & ducunt ad culmina juris.

Ter tria dant ne Novem? Tua disertatio Nona est:

Qui numerus sat perfectus. Nunc sume brabeja.

Nec quicquã restas: quam nunc ut præmia captes.

Sis tibi Jova comes, precor, O perdocte CHROO

NANDER.

A L I U D.

U*ber est, qui parturiens labores*

Edit altos, difficiles quotannis

Sustinens curas, merito reportat

Præmia magna

Undè causantur sapor iste juris,
Scribis ubertim, Themis alma gaudet,
His tuis scriptis, properatq; collo
Addere fertum.

Ergò quos sumis Themidos labores
Sustine, ut fructus meritos reportes.
Nunc precor multos vigeas in annos,
Optimè J A C O B.

*Hisce in infucata amicitia Symbo-
lum gratulabatur*

Benedictus G. D. Westfeldt
Sudermannus.

